



**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter  
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

**Rom, 1511**

Lecte fuerunt Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

liter exel usiue in quibuscunqz causis corā ipsiis introductis & intro  
 audendis omnino supsedere debeant. Nisi ex eiusdez dñi nri pape  
 licentia siue cōmissione spāli vel partiuz cās ipsas in eadem curia  
 psequē aut pcuratorz ad id sufficiētia mādāta hñtium consensu  
 In cuius rei testimoniu hanc pñtem cedulā fieri nriqz sigilli feci  
 mus impressionē muniti ac locis solitis & cōsuetis affigi. Dat[us] Ro  
 me in domibus nre solite residen. Sub anno a Natiuitate domini  
 MDLXCV quingentesimo vndecimo Indictiōe quartadecima die  
 vero. n. mensis Julij. Pontificatus eiusdem scissimi in xpo patris  
 & dñi nri dñi Julij diuina puidētia pa. n. Anno octauo. Adanilius.

## Lecte fuerunt Constitutiones.

**A**nno rē. qbus supra die vero. n. mensis. n. Rome apud san  
 ctū Petrum in palatio causaz apostolico in quo iura red  
 di solent mane hora audien causaz consueta iuxta & fm laudabi  
 lem curie Ro. batenus obseruatā consuetudinē summoz ponti  
 ficū Constitutiones Reuerendis patribus dñis sacri palatii apo  
 stolici causarum auditoribus ceterisqz pluribus curialibus ibidem  
 pñtibus & audien per vnum ex dicti palatii apostolici causaz nota  
 rias videlicet. n. corā Reuerendo. p. d. n. scribam lecte pariter & pu  
 blicate fuerūt si eadem die resumantur cause sic continuz. Quibus  
 quidem constitutionibus rote sic vt premittitur lectis & publicatis  
 Reuerendus pater rē. vt infra.

## De Resumptione causarum.

**D**e rē. Reuerendus pater dominus auditor antedictus Ro  
 me apud rē. sedens causam & causas hmoi ac omnes & sin  
 guas causas beneficiales ciuiles matrimoniales criminales pro  
 phanas & mixtas aliasqz quascunqz sibi quaruncunqz cōmissio  
 num tam generalium q̄ spālium vigore cōmissas in eo statu in  
 quo vltimo ante suspensionem audientie causarum & indictionez  
 vacationē siue feriarum generalium (vel prorogationem) indecise  
 remanserunt suo ex officio generaliter resumendum dicit atqz re  
 sumptie habuitqz & haberi voluit easdez pro sufficienter resumptis.  
 Presentibus rē.

**U**t sic. Reuerendus p̄ rē. vsqz vigore quam etiam quibuscunqz  
 dñis eiusdē palatii cāz coauditoribus ppter ipsius a ro. eu. abñtia  
 & recessuz in eius locum surrogatis in eo statu rē. vt supra.

Resumptio causarum  
 post vacationē indi  
 cionem.

Auditor r̄sumit cau  
 sas post reditum.